



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Mensa Episcopalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

MENS A EPISCOPALIS.

QUæ beneficia dicantur de mensa, vide Paul. Rom. tract. de pens. c. 1. num. 8. ubi generaliter loquendo, habens illa dici de mensa, quæ sunt unita, & non habent perpetuum rectorem, Zabarella in Clem. frequens, & ibi gl. in ver. ad mensam, de excess. pralat. vel quando non habent specialem administratorem, alium à superiore pralato, idem in Clem. quia regulares, de sup. negl. pral. & ibi gloss. in ver. mensa, ubi dicit, quod Ecclesiæ, quæ sunt de mensa, non vacant. ratio est, quia sunt unitæ mensæ, quæ nunquam moritur, & Zenzilius ibi dicit, quod sunt ea, in quibus ponuntur simplices ministri, seu collectores, & sic non cadunt sub reservationibus, Paul. loc. cit.

NAUFRAGIUM.

Primò, naufragantium bona accipientes, regulariter sunt excommunicati in Bull. Cœnæ Domini. fallit primò, quando susceperint ea bono animo, ut restituant suo domino, nisi fuerint in mora, quia tunc ratione illius moræ sunt excommunicati per Conc. Later. excommunicatione Episcopali, cap: excommunicationi, de rap: & ibi Abb. secundò, quando ignorant esse talia, id est, bona naufragantium, quia putabant esse aliorum, Nav. const. 43. nu. 2. de sent. excom. tertio fallit, quando dominus ea eiecisset, animo non recuperandi, vel si habuerit illa

pro derelictis, quia tunc fierent occupantis, idem const. 3. de rest. spol. quod tamen deberet intelligi cum grano salis, per regulam, quia nemo putatur iactare suum, Cajet. in sum. ver. excom. c. 23. Sylvest. ver. excom. 7. nu. 57. Nav. c. 27. num. 117. Fran. Senen. in exposit. septi. precepti, nec valet lex de confiscatione bonorum naufragantium, quia esset tyrannica. Doct. loc. cit. vide Azon. in sum. libro 11. Cod. rub. 5.

Secundò, multa habes de reperientibus bona naufragantium in constit. rapinas, & ibi Afflict. idem de ruin. & incendio, & ponitur pœna mortis.

Tertio, naufragantium bona in portibus, & ripis maritimarum S. R. Eccles. aut in mari, aut in Tiberim, ad evitandum pericula tempestatis iacta, nemo occupet, vel diripiat, etiam sub prætextu consuetudinis, Paul. III. Bull. 48. quæ incipit, Accepimus, & alia, quæ est 57. & Jul. III. Bull. 49. & Pii V. Bull. 7. Greg. XIII. Bull. 52.

Quartò, qui tempore naufragii vocati à patronis navium, vel barcharum, auxilium eis ad bonorum præseruationem, vel recuperationem præstiterint, quartam partem bonorum præservatorum, aut acceptorum lucrantur, perturbatores autem, aut occupantes multas pœnas incurrunt, Paul. III. Bull. 57. quæ incipit, Accepimus.

NOTARII.

Notarii, quicumque sint, possunt compelli per commissarios fabricæ sancti